AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 182r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Benedictus dominus deus isrl. qui fiat mirabilia solus. Quum tam preclari stupendique miraculi fama ad aures henrici marchiois peruenit. rumoribus allatis Qui statim missis clericorum ordinib' et quibusdam militae sue primatibus. precepit ut in sua ciuitatem honorifice transferrent miraculis glorificatum corpus. Venerunt aut' ad sepulchrum. sed prius q̃ impresso sarcophagum ingrederet fossorio. tanta mirabilis et insolita odoris exiuit eis fragrancia. ut omnes qui adstant lacrimis madiussent effusis pre gaudio. Aperto itaq̃ sarcophago. mucuerunt sacri viri corpusculum ab omni corruptione penitus illesum. ac si eadem die esset humatum. Considerentes ergo quanta meriti sanctus iste sit apud dominum. qui triti temporis in tumulo quiescit quantum in pabulo pendens ad impleuit. et tamen corpus eius corruptionis detrimentum non nouit. Nam a die illius suspensionis usq̃ ad diem translationis. totum triennium transiit tempus. Eleuato igit' desiderabili thesauro. et linteis pallis q̃ ad hoc preparatis mulitio optatum iter pino arripuere diluculo. fugiente procul aduersitatis infortunio. Non parua multitudinem sequi et occurrere visa auditaq̃ compellebant miracula. laudes ymnos q̃ referentes viuenti et regnanti in secula. Instante aut' noctis iam crepusculo. duxerunt ad ecclam no longe a via positam. cupientes in illa noctem diuinis laudib' posito transigere corpusculo. Cum q̃ omnes uigiliis preterite noctis ac lassitudine itineris languore obpriment' soporis. quidam adueniens clericus ceteris dormientibus leniter attrepens beati videlicet viri hominis pedes resecto pollice mutilauit. unde vix secundi sanguinis ubertas profluens pauimentum irrigauit. Orto autem die cum eleuato corpore dirigent' in itinere. occurrit quidam infirmus nomine adulgrenus. adductus q̃ ad feretrum sue infirmitatis implorauit remedium. Cumq̃ oratione completa sustetisset. vmaiq̃ membrorum proprio officio tam plenter ministrauit. ut sine fortitudine gressibus insistens et manibus crucem portans ante feretrum usq̃ ad locum sepulchri triumphans ac deum glorificans egredet'. Clerica uero qui sacras deferebant reliquias hec cernentes. cum ceteris multitudine laudib' extulerunt deo magnalia et sanctum eius cholomannum. cuius per meritum signa fiebant talia. Hac iocunditate tandem peruenerunt ad ciuitatem nomine